



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Zelotypia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

# POLYANTHE NOVÆ LIBER XX.

## Zelotypia.

### DEFINITIO ET ETYMOLOG.

**Z**ELOTYPYA Græca dictio est composita à Ζῆλος, id est, emulatio, & τυπος, id est, forma Hebræa, viâc Zelus. Est autem aegritudo animi, ex eo proveniens, quod timeat, ne adsit alteri, quod cum nemine velit habere commune. *Secundum Chrysostomum.*

### ¶ LOCI BIBLICI.

Zelotypia duplex: *Una*, cum non possumus rivali patri: vt assentatores, qui in aulis principum regunt, nec principis commoda proprie quarunt, sed quatenus tum sua ipsorum virilitate sunt coniuncta, ideoque id vnam sollicitudinem student, vt ceteros, quantumvis principi viles arceant, quo viderentur ipsi ex eo soli maiorem vtilitatem capiant. Hoc vero non fit principem, sed seipsum amare itaque istorum amor tum eualescit, cum sublata est eius causa, id est, cum ea est principis contentio, vt nullum commodum amplius ab eo expectent. *Alterâ* Zelotypia profus est illi contraria, cum amicos ipsos rei honestæ causâ in illis amandis spectamus: ideoque non modo soli nolumus sibi, sed potius quam plurimos sinceris amicos illis cupimus consiliari, quod eorum commodis magis quam nostris ipsorum delectemur, qui demum verus & honestus ac perpetuus est amor: illam Zelotypiam tribuit Paulus Pseudoapostolis, *Gall. 4. 17.* vt qui sui commodi causâ Galatas diligenter, ideoque summo studio niterentur Paulum, variâle excludere. *Hanc* vero sibi tribuit, *2. Corinth. 11. 2.* vt qui rei honestæ causâ Corinthios dilexerit, id est, non ueri aut gloriæ studio, sed Dei Zelotypia, vt ibidem appellat Zelotypia lex, *Num. 5. 14. 15.* Zelotypia spiritualis bona, *Exemplum:* Paulus, *2. Corin. 11. 2.* Zelotypia spiritualis mala, *Exempla:* Pseudoapostoli, *Gall. 4. 17.*

### ¶ APOPTHEGMATA.

*C. Sulpicius* vxorem suam repudiavit, quod aperto capite ad dei ecclesiâ esset: Lex, inquit, tibi meos vnus oculos præfinit, quibus foris tuam approbes, his ornamenta comparato, his esto speciosa, non aliorum oculis placens. *Erasm. lib. sexto apoph.*

*Alphonsus* dicebat, ita demum matrimonium tranquille exigi posse, si vxor cæca, maritus autem surdus fiat. Innuit autem foemineum genus esse zelotypiæ obnoxium, & hinc oriri rixas & querimonias & rursus marito molestiam esse vxoris garrulitatem, quia molestia caritatis est, & fiat surdus. *Erasm. libro 6. a. apoph.*

Mulieribus innatus morbus Zelotypia. *Hiliod. lib. 7.*

### ¶ SIMILITUDO.

*Chrysostomi.* Rex quicquid aduersus regnum suum putauerit totum verum zelimat. Animus eius semper suspectus est, regni zelo repletus. Dum omnia timet, omnia suspicatur, facile credit, quicquid fuerit suspicatus. Sicut vir si zelet vxorem, aut vxor virum, omnem auditionem turpem credit de illo, etsi non sit auditio digna, & idonea vt credatur, tamen fidem auditionis zelus

### ¶ PROFANA EXEMPLA.

*Idas & Lynceus, Aruernes & Aphares filii, pro Lydibus Phœbe & Ilaira, aduersus Castora & Pollucem prope Ium mortalitas. Theat. Zuing.*

*Persæ* in amatoribus graui emulatione præditi sunt modo, qui appellauerit & attigerit regis pellicem verum propius in itinere præterlatus fuerit & præterlatus, quantum tantur plaustra, capite lauat. *Plin. in Arist.*

Excandescit *Caullus* in Gellium rivalem, vt puelle lauat. Idem ægre fert, Gellium sibi ob pulchritudinem a *Leonia* tum, vbi ait.

*Gellius est pulcher, quidni? quem Leônia amat. Quam te cum totâ gente, Catulle, ita.*

*Circæ* venefica ægre ferens *Scyllam* Nympham a *Gibulæ* fontem (in quo se laubat) infecit veneno, cuius virtus monstrum marinum mutat est. *Theat. Zuing. fol. 114.*

### ¶ HEROGLYPHICA.

Sunt qui per *Camelum* Zelotypiam significent: propter animalia reliqua, tempore, quo rei veneret cupidine, vel timore incitata, gestunt, in suum tantum genus leuatur, autem in hominem etiam atque in vnum quodcumque animalium feraciter, & vsque ad eo sibi timet ab omnibus: vt solentur & id tempus ab omnium consortio separatus, solum transire fecetur. *Pier. Val. Lib. 2. p. 117. 4.*

## Zelus.

### ¶ BIBLICI LOCI.

**ZELUS:** *Primo*, significat honestum illud & laudabilem, quo accenditur ad alie cuius virtutes imitandas superandas, sine vilo tamen ipsius odio, *1. Corin. 13. 2. v. 1. 12. 39. 2. Corin. 7. 2. Gal. 4. 18. Tit. 2. 14. Secundo*, invidiosum, *A. 5. 16. E. 7. 9. E. 13. 45. E. 17. 5. Rom. 13. 13. 1. Corin. 13. 2. Corin. 12. 20. Gal. 5. 20. Iac. 3. 14. E. 14. E. 14. 17. Tertio*, pro sancta quadam zelotypiâ, quæ non proficitur à in odio, verum ab eorum amore quos non nostri, sed ipsorum causâ amamus, *2. Cor. 11. 2. Quarto*, pro sui ipsius amore, cui illa zelotypia prætextitur, *Gal. 4. 17. Quinto*, pro animi actu quæ gnatione de his concepta quæ indigne sunt aduersus eum quæ amamus, puta vel aduersus homines nobis charos, *1. Corin. 13. 2. Coloss. 4. 13. vel aduersus Deum ipsum. Est autem hic zelus duplex, nimirum, cum voluntatis Dei cognitione, acriter eum coniunctus, qualis est Christi zelus, de quo agitur, *Iac. 5. 17. qui commendatur, 2. Cor. 7. 11. E. Apocalyp. 3. 17. Alter* vero, qui est secundum scientiam, & coetus potius impetus ac furor dicitur, vt *Roman. 10. 2. Philip. 3. 6. Ab. 21. 20. E. 22. 3. Gal. 3. 14. Hinc* sexta significatio oritur est: quod *Zēlos* ad ignis ardorem transferatur, *Hebr. 18. 27. zelus bonus & sanctus commendatur, Rom. 12. 17.**

Zelus, *Zēlos*, Hebr. *Kineah*, a verbo *Kine*, amulatus est, uocauit, zelum habuit, vel ex inuidia, vel ex amore indignitate ægre, tulit. Hinc *ap. uariis*, indignor, stomachor, *Kinno*, zelus, zelator, qui ægre fert iniurias. *Gall. Ialonus, q. d. Zelator, Zelus* Zelo corruptus.

### ¶ PATRVM SENTENTIAR.

Si videris ethnicum vitæ temperate, & re... honestatis studiosum supra te, tuum etiam studium...